Jn Dei Nomine. Amen.

Tractatus Summularum,
Summa, vel Compendium Lo-
gicę brebes voces, et scripturas dic-
tionis Logicalis Continens capax,
juxta mentem Philosophi, Geniiq-
que N. Subtilissimi, Marianique
D.ʳ Venerabilis Patris Fratris
Joannis Duns Scoti, Theologorum
facilè Principis per Fratrem Fran-
ciscum Thomam Candera, et
Galbe Sac. 3. O. de Penit.ª Reg.ʳ
Observantię S. P. N. S. Fran.ᶜⁱ in
alma Provintia Betica Filium, et in
magno Conventu Granat. D. Antonij
Abbatis Theologum Scholasticum Com
morantem Scriptus, ac delineatus.
Anno Domini 1745.
Pro-

UNIVERSITAT

In Dei Nomine. Amen.

Tractatus Summularum,

Summa, vel Compendium Lo-
gicę breves voces, et ſcripturas dic-
tionis Logicalis Continens capacis,
juxta mentem Philosophi, Geniiq-
que N. Subtiliſsimi, Marianique
D.^ris Venerabilis Patris Fratris
Joannis Duns ſcoti, Theologorum
facilè Principis. per Fratrem Fran-
ciscum Thomam Cardera, et
Galbe ſac. 3. O. de Penit.^a Reg.^s
Observantię S. P. N. S. Fran.^ci in
alma Provintia Betica Filium, et in
magno Conventu Granat. D. Anttonii
Abbatis Theologum Scholasticum com-
morantem ſcriptus, ac delineatus.
Anno Domini 1745.

Pro-

UNIVERSITA…

PROLOGOMEnon.

Roseum, et aureum perfusa coloribus, atque comis lucidis ornata ſolem aurora præit, ſolemque, et auroram ſerena luce coruſcans lucifer ~~an~~ antecedit, ſeu Phoſphorus, ſic ſimiliter amica ſolis propè claritas Philoſophia, velut aurora logicam præcedit, Logicamque et Philoſophiam ſumma, vel compendiis vocis, et ſcripturarum logicalis directionis capacius ut lucifer, aut Phoſphorus ante præditur; non abs re Virg. lib. 2. Eneid. ait:

Jamque jugis ſummæ ſurgebat Lucifer, idem ducebatque diem.

Ad claritatem ergo velut diei, quamobrem compendium hoc præmittemus; ſed quoniam omnis ſapientia à Domino Deo est, et cum illo fuit ſemper, et est ante ævum, ut ait Eccleſiaſticus Cap. 1. Cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis, non ſumus ſufficientes, (ut Philoſophus testatur) ſed ſufficientia, et cogitatio ex Deo est; ideo non propriis noſtris viribus, ſed divinis innitentes, illo prius invocato, ac altiſſimi Triſagii, Redemptoris noſtri Jesu Christi, Deiparæ ſine originali labe conceptæ Mariæ, ſanctiſſimi Joſephi hujus puriſſimi ſponſi, illiusque Patris ſuffulti, S. P. N. S. Franciſci, B. Hieronymi Comenſis ejus filii, noſtræque Religionis alumni, necnon V. M. S. P. D. obtento auxilio, ſummæ noſtræ, vel compendio primam manus imponemus, ut facilius magnæ Logicæ fluctuantes undas percurramus,

quod

quod optimè fiet, si præoculis illud Salomonis oraculum here conamur (Sap. 1. lib.): in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Nam peccatum quid nisi obscuritas? quid nisi tenebræ? Sapientia quid nisi lux? quid nisi lumen? Impossibilis cum obscuritate claritas; impossibile lumen cum tenebris; *anima deprimitur in terram, et quasi luto deturpatur; sapientiam in cœlum devehit, et clarificat. Quomodo ergo ascendere, et detineri, deturpari, et clarificari simul poterimus? admoneo vos, ne in vanum laboretis, timorem Domini habeatis, ut sapientiæ initium subeatis; sic tres triplicis operationis apprehensionis, scilicet, judicii, et discursus exercebitis quam optime, in 1.a quas has summulas, Principis Philosophorum vestigia insectando, resecabimus in 3. partes: in 1.a sicut in lib. Prædicament. de simplicibus, in 2.a sicut in lib. Periherm. de propositionibus, in 3.a ut in lib. Priorum, Post., Topicorum, Elenchorum, et Elenchorum de argumentatione tractabimus. Valete.

*peccato

Operis Divisio.

De stillo igitur, quo in discendo singulis agentes, equidem illis ad libertatem, qualem mea ipsa præ requirit, simplex, scilicet, planus, et ab omni verborum pagine alienum sermonem ponam, longasque Auctorum catalogos vitabo, id tamen propono expedire, quod cor sensus, et significationi rationi donum videbit, præterea conabor studere brevitati, sic m, qui mea legerit, et tedio minus afficietur, et tenacius memoriæ retinebunt. Quapropter hunc methodicum Sermonem de tribus operationibus, earumque sensu primum accipite.

S.us

113

Sus Unicus.

De Operationibus Intellectus, et de Argumentatione, Relatis ad munere.

1. Intellectum operari, idem est, ac ~~opera~~ intellectu cognoscere, non quoties intellectus aliquid cognoscit, verum est dicere, quod intellectus circa illud operatur. Quapropter sic definitur, seu explicatur ejus operatio: est actus ipsius intellectus, quo res aliqua cognoscitur, unde cum intellectus tripliciter valeat cognoscere objectum, vel apprehendendo, vel judicando, vel discurrendo, hinc triplex operatio orta est.

2. 1.a vocatur apprehensio, quæ ita definitur: est cognitio illa, qua intellectus cognoscit aliquam rem nihil de illa affirmando, vel negando. Hæc dividitur in simplicem, et complexam; simplex est terminus quicumque incomplexus v.g. Petrus. Complexa est quicumque terminus complexus v.g. Petrus albus, et hoc quin de illo affirmetur, vel negetur esse album, vel aliud simile.

3. 2.a intellectus operatio est judicium, et est cognitio, qua intellectus cognoscit rem aliquid de illa affirmando, vel negando. v.g. hæ cognitiones Petrus est homo, Petrus non est equus, in quibus de Petro affirmatur esse hominem, et negatur esse equum.

4. 3.a appellatur discursus, et est: cognitio qua intellectus cognoscit aliquam rem ex alia inferendo. v.g. hæc cognitio: omnis homo est animal: sed Petrus est homo: ergo Petrus est animal, in qua ex præmissis infertur Petrum currere. Ex dictis infertur quod apprehensio præsupponitur ad judicium, et apprehensio, et judicium ad discursum.

5. Unde

quæ

2\. quælibet interna operatio pluribus nominibus explicatur, ut quando dicitur actualis cognitio, ut intentio, ut actus internus, seu actus intelligendi, et cognoscendi, ut conceptus, verbum mentis, seu mentale, ut denique species expressa &c. quarum operationum obiectum dicitur res illa, quæ per illas cognoscitur